Plinius nymphe. pro preſtantis corporis. Plinius. li. vij. natu. hyſto. Gentē ſilueſtrem ſtridoris horren
Plautus di. hirtis corporibꝰ. oculis glaucis. dētibus. caninis. Alia ratione Plautus in caſſina poſuit ſe
ptimū caſum pro genitiuo habet inquit gladiū ſed duos. quibus altero te occiſurū ait. altero
villicū. quibus dixit pro quorū. ¶ Sintheſis grece latine interpretatur cōpoſitio. que quotiēs
fit ſoleciſmus eſt: niſi aliqua ratione excuſetur. vt Vergilius. j. ene. Pars in fruſtra ſecant: veru
buſq; trementia figunt. pars
poſuit pro alij. Horatiꝰ. Ia-
ctamus iam pridē omnis te
roma beatū. omnis roma po-
ſuit pro oēs romani. Teren.
in adelphis. Aperite aliquis
actutū officiū. ꝓ aliqui ex vo
Apuleius. bis aperiāt. Apuleius. iij. flo
ridoꝝ. Ingens hoīm frequē
tia couenere. ꝓ hoies frequē
tes. ¶ Synechdoche grece
interpretaꝛ cōprehēſio. et eſt
quotiēs id qḋ eſt partis daꝛ
toti. vt niger capillos. ꝓ eo
quod eſt habens capillos ni
gros. dicit aūt poſſe fieri ꝑ verbū: ſubaudi neutrū aut paſſiuū. Ver. iij. geor. Micat auribus et
tremit artus. Idē. j. enei. Expleri mentē neq̄t. i. nō habet mentē expletā. Idē. v. Flauaq; caput
nectenꝛ oliua. ꝑ ꝑticipiū. Ver. j. ene. Nodoq; ſinus collecta fluentes. hoc eſt habēs ſinus fluen
tes collectos. Per nomē adiectiuū. vt idē in eodē. nuda. genu. i. habēs genu nudū. Hora. in car.
Quā notā duxit viuēs videri cetera fuluus. Hec figura quāq; poetis tm̄ ſit ꝑmiſſa. vtunꝛ aliq̄n
illa ⁊ hyſtorici: q̄ nōnunq̄ in genere dicendi poetas imitanꝛ. vt Liuius. xxij. ab vrbe. atuero ha
nibal ipe dum murū incautus ſubit aduerſum femur tragula ictus cecidit. Pomponiꝰ mela de
britānis. vltro inq̄t corpora infecti. Idē alio loco. Sarmate totū brachati corpus. ⁊ niſi qua vi-
dent ora tecti. Apuleius. ꝑmo metamorphoſeos. Tremore inquit viſcera quatior.

¶ Syntheſis eſt attributio ꝓprietatis vni vꝉ plu
ribꝰ copulatiuis: qḋ fit nō grā vocis ſ; ſignificati.
vt ps ī fruſtra ſecāt. ⁊ requirūtur tria. hoc eſt vnū
ſubiectū vꝉ plura copulata. ꝓprietas. ⁊ attributio
ꝓprietatis cōcordās cū ſignificato ⁊ nō cū voce.
¶ Synechdoche eſt attributio partis ad totū ſub
ꝓprietate verbi vel ꝑticipij vel nois adiectiui. vt ex
plere mentē nequit: nuda genu. nodoq; ſinus col-
lecta fluentes: ⁊ requirūtur tria. hoc eſt totū. pro-
prietas. ⁊ pars in accuſatiuo poſita.

Liber quartus.

Quemadmodum libro ſuperiori dictum eſt: preceptiue grammatice
partes ſunt quattuor. Ortographia que de littera. Proſodia que de
ſyllaba. Etymologia que de dictione. Syntaxis que de octo partiū orationis conſtructione di
ſputat. De littera pauca in eodem libro tetigimus. quia eius conſideratio per ſingulas fere di-
ctiones ſpargitur: atq; ex libris quos de vocabulorum ſignificatione partim edidimus: partim
edituri ſumus petenda eſt: quādoquidē ſingularia ſub generalibus preceptis cōprehendi non
poſſunt. De ſyllaba copioſius libro in ſequenti diſſeriꝛ. De etymologia parte illa que circa ſin-
gularū dictionū accidentia verſatur: tribus libris ſuperioribus per omnia fere diſputatum eſt.
Nam deriuationes ſignificationeſq; ad memoratos vocabulorū libros referꝛ. De quarta grā-
matices parte quem greci ſyntaxin. nos partiū orationis ordinem ſiue conſtructionē vocamꝰ:
in hoc quarto libro diſputabitur. Reſumentes in primis que de cōbinatione adiectiui cu; ſub
ſtātiuo: relatiui cū antecedente: nominatiui cu; verbo primo libro ſcriptum eſt: quodq; in fine
libri ſuperioris de figura conſtructionis diximus. Igitur primū preceptum conſtructionis: id
quod libro primo diximus. propemodum naturale eſt: quod adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū in tribus
Cicero conueniūt: in genere numero ⁊ caſu. Quod ſi adiectiuū cum ſubſtantiuo in illis tribus nō con
ueniret. ſoleciſmus eſſet manifeſtarius: niſi aliqua ratione vitiu; illud excuſaretur. vt Cicero ad
atticum. Solius enim meū peccatum corrigi non poteſt. Idem pro murena ex tuo ipſius ani-
Lucas mo coniecturam aperis. Idem in piſonem. Dico mea vnius opera rempublicam liberatam. et
illud ex euangelio Luce. Tua; ipſius animā pertranſibit gladius. Excuſatur autem hoc vitiū
quod genitiui illi ſolius. ipſius. vnius ad genitiuos ſubſtantiuos referuntur: qui receſſerūt ab
vſu in quorum loco ſubſtita ſunt pronomina poſſeſſiua: quemadmodum libro primo diximus
⁊ infra cum de conſtructione verborum imperſonalium intereſt ⁊ refert dicturi ſumus agetur.
Nam quod Cicero in. iij. de oratore dixit. Voluntati veſtre omniū parui: nō poteſt eadem ne-
ceſſitate excuſari: cum potuiſſet dicere voluntati veſtre omniū parui. Illud vix tolerabile quod
Ouidius Ouidius in epiſtola enones ſcripſit. Et fleſti et noſtros vidiſti flentis ocellos. Nam ⁊ noſtros
poſuit pro meos: ⁊ meos pro mis: flentes vero quem genitiuū eſſe ex ſyllabe quantitate depre
henditur: non ad vocem: ſed ad ſignificationē retulit. Quod ſi poſt illa pronomina poſſeſſiua:

http://digital.slub-dresden.de/ppn339575883/192